Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dei. senioribus ait. Expectate hic. donec reuer-
tamur ad uos. Habetis aaron et hur uobis-
cum. siquid natum fuerit questionis re-
feretis ad eos. Cumque ascendisset moyses.
operuit nubes montem. et habitauit gl̄a dn̄i
sup̄ synai. tegens illum nube sex diebus. Sep-
timo autē die uocauit eū de medio caligi-
nis. Erat autē species gl̄e dn̄i quasi ignis
ardens sup̄ uerticē montis. in conspectu
filiorum isrl̄. Ingressusque moyses medium nebu-
le: ascendit in montē. et fuit ibi quadragin-
ta diebus et quadraginta noctibus. lect̄. l.

In diebus ill̄. Venit helyas in Regum.
bersabee uida. et dimisit ibi puerū suū.
et p̄rexit in desertum uia unius diei. Cū-
que uenisset et sederet subter unā iuniperum.
petiuit anime sue ut moreret̄. et ait. Suf-
ficit michi dn̄e. tolle animam meā. Neque
enim melior sum quā patres mei. Piecit-
que se. et obdormiuit in umbra iuniperi.
Et ecce angelus dn̄i tetigit eum. dixitque